 pectam habeas accedere ad eam verearis. **R.** Ceterū
 si tanta est glā glōsissimi corporis marie. quāta puras est glā a-
 nime beatissime marie. **Q**uelibz certe aiā btā tres habz dotes
 ipsam beatificantes videlicet dotem mire pgnitionis. dotē mi-
 re dilectionis. dotem mire fruitionis. vel scōz modernos quos-
 dam dotes visionis. fruitionis. centionis. **Q**uocūq; aut modo
 dotes anime accipiantur. certum est qd dotes anime marie om-
 niū animarum dotibus preferantur. Nam si omnes beate aie
 his dotibus beatificantur in celo. quātomagis anima ei⁹ que d-
 nuz animarum beatificatorem genuit in mundo. **C** Quid
 mirum si iam i lucidissima cognitione est anima marie. que iam
 profundissime immersa est luci eterne. **U**n̄ beatus bern. ait. p
 fundissimā diuine sapientie vltra q̄ credi valeat penetrauit abi-
 ssim. vt quantum sine psonali vnione creature conditio patif
 luci illi inaccessiblei videatur immersa. **I**tem. **Q**uid mirum.
 si iam feruidissima dilectione est anima marie. **Q**uid inq̄ mi-
 rum si pre omnibus diligat que pre omnibus est dilecta. **V**ere
 pomibz ait enim beatus hi eroni⁹ ad ipsam **T**e ipse rex reguz
 vt nrēm veram ⁊ decoram sponsam pre omnib⁹ diligens. amo-
 ris amplexu sibi associat. **I**tem **Q**uid mirum. si iā in iocundis-
 sima fruitione sit anima marie. que benedcō fructu ventris sui
 pascitur dulcedine. **U**nde beatus angustinus ait. **M**arie ani-
 ma claritate fruitor christi. ⁊ gloriofis eius conspectibus semp
 presens. semper conspiciens. semp videre sitiens inestimabili-
 ter pascif. **S** Igitur sicut gloriofissima maria omnes sanctos
 excessit in gratia vie. in gratia meritorum. ita omēs sanctos ex-
 cedit in gloria. in gratia premiorum. **U**nde ipā bene significata
 est per bester reginam de qua legitur qd cū ducta essz ad cubicu

Sermo

lum regis assueri habuit gratiam & misericordiam coram eo
per omnes mulieres & posuit diadema regis in capite eius spe-
ter interpretatur eleuata. hoc optime cōuenit marie de qua be-
atus iberonim⁹ ait. Eleuatur sup choros āgelorū vt possit spe-
ciem vultumq; videre saluatoris quem amauerat quem concu-
perat ex toto desiderio cordis Ita hester regina beata virgo
maria ducta est in eius assumptione in cubiculū regis eterni.
In cubiculū vtiq; de quo aug⁹ alloquens mariā dicit. Tu
in cubiculi regis beatitudine. tanq̄ gemmis & margarinis orna-
ta consistis. Ducta vtiq; in hoc cubiculū quietis eterne regina ma-
ria gratiam regis assueri regis veri habet super omēs mulieres
.j. super omnes intelligentias angelicas. & omnes beatas aiās
vt sit in maria gratia super omnem gratiam omnium b̄torū. Vā
reuera i capite eius rex regum diadema regis posuit. diadema
certe tam impreciabile. diadema tam delectabile. diadema tā
mirabile quod hoc omni lingue inenarrabile omni ingenio in-
scrutabile sit. Sic ergo charissimi vidistis quanta gratia dono-
rum. quanta gratia labiorū. quanta grā privilegioꝝ. quāta gra-
tia premioꝝ affluentissima sit maria. Rogemus ergo ip̄as
tantarum gratiarū inuentricē. vt & nos faciat inuenire gratiam
apud deum. per dominū nostruz ihesum chr̄m filium suū. qui
cum patre & spiritu sancto viuit & regnat deus per omnia seculū
la seculorū Amen.

Sermo septimus.

De maria grā plena.



Non sufficit angelo grām marie simpliciter
mendare. sed etiam plenitudinem eius voluit
signanter insinuare cū dicit gratia plena. **A**
O vere plena & plene plena. **A**dhuc certe nō
dixerat gabriel. **E**cce concipies in vtero ecc.
Adhuc etiam non dixerat spūs sanctus superueniet in te. ecc.
Si ergo ante superuentionem spūs sci. ante receptionem filij

dei plena fuit maria. quanto magis post. propter hoc bene de eius plenitudine dixit beatus august. Hec mulier beatissima ab angelo salutata a spū scō repleta. plenitudie deitatis afflata. hoc domino canticum laudis decantauit Magnificat aiā mea. etc.

Bene ergo plena dicitur maria Plena inquam illuminatione sapientie. plena inundatione gratie. plena possessione bone vite. plena vnctione mie. plena secundatōe plis. pleā perfectione ecclesie. plena respiratione odorifere fame. plena respiratione diuine glorie. plena iam fructiōe eterne leticie. **Das** nouem plenitudines consideremus in maria. quia nouem ordinū angeloz plenitudines supat in gloria.

Aprimo ergo consideremus charissimi q̄ plena ē maria illuminatione sapientie et intellect⁹ Unde ipsa bñ per lunam plenam significari potest. de qua dicitur prouerbiorū septimo. Non est vir in domo sua abiit via longissima. sacculū pecunie secum tulit in die plene lune reuersurus **Dic** est vir ille de quo dicitur iheremie xxxi. Creauit dñs nouū sup terram mulier circūdabit virum **Mulier** maria mulier utiqz sexu. nō corruptione **Virum** virtutum dñm nr̄m circūdedit in vtero suo. circūdedit habitu nr̄o. **Dic** vir si tamen vt ait iosephus virum eum appellari fas est. tres domos habz Imperatorie enim maieftatis est in palacio habere tres mansiones. videlicet consistorium cenaculum cubiculum **Consistorium** est dom⁹ carū. cenaculū ciboz. cubiculū q̄etis **Sic** ipator noster qui ipat v̄etis et mari habet domuz carū mundum. habet domū ciboz. modo ecclesiam. olim synagogam. habet domū quietis rōnalem aiāz **Sed** heu vir iste dominus virtutum a domo mūdi. a domo synagoge. a domo anime peccatricis valde fuit elongatus. qz longe a peccatorib⁹ salus **Vir** ergo iste in domo sua non fuit qñ per iheremiam conquerendo dixit. Reliqui domū meā. dimisi hereditatem meam **Sacculum** pecunie secū tulit. quia thesauruz misericordie et gratie sue a mundo abscondit. **Sed** certe vir iste in die plene lune iam reuersus est

D Illius inquam lune de qua dicit canticorum vi. Pul

Sermo

chra vt luna. Luna ergo est maria. luna plena maria plena. Lu-
ne plene maria bene comparata est. que lūie sapientie et verita-
tis a sole eterno plene illuminata est. In maria bñ interpretat
illuminata vel illuminatrix. Ipsa nāq; luna et lucerna nrā illūi-
nata fuit a deo et illuminatrix fuit mundo. iuxta illud pphetici
Quoniam tu illūias lucernam meā dñe. deus me⁹ illūia tene-
bras meas. In huius lune plenitudie vir reuersus est in domū
suam. chris p carnem venit in mūdū. o vere mirabile hui⁹ lune
plenitudinē. **E**cce si maria plena fuit lūie sapie. qđ a sole eterno
recepit priusq; ipm conceperit. quāto plenior fuit dū hūc solē tā
mirabile pcepit. et tā totaliter in se recepit. **E**t iō bñ plenitudinē
sapie marie b. bern. p̄mendās ait. **E**xtruxit at in maria sibi co-
mū sapiā celestis que a deo mētem ei⁹ repleuit. vt de pleitudine
mētis eius secūdaretur. et caro ac vgo singulari grā eadē ipam
sapiām carne tectam pareret. quā prius mēte pura cōcepat. **Q**
Scđo p̄siderem⁹ qđ plena est maria inūdatione grē in affcū. tā-
ta nempe inūdatio. tanta p̄funditas et magnitudo grē in maria
fuit. vt ipsa bene mare plenū dici possit. iuxta illud parabolarū
xvi. **T**onet mare et plenitudo eius. **S**icut enim in mari aquarū
sic in maria sūt p̄gregationes grāz. **V**n scriptū est **C**ongrega-
tiones aquarū appellauit maria. **D**icit⁹ quoq; ecclās. primo. **D**ia-
flūia intrāt mare. oīā flūia sunt omīa grārum dona que intrane-
runt in mariam. iuxta illud eccl. xxiiij. in me omnis grā vie et ve-
ritatis. in me omnis spes vite et v̄tutis. **Q**uā plenuz sit hoc ma-
re. qđ plena gratia sit maria beatus hieronimus aperit dicens.
Bene plena. quia ceteris per partes prestat. marie simul se-
re audiam⁹ contra vicia tonare. tonet ergo mare et plenitudo ei⁹
tonet plenū mare. tonet pleā maria. tonet ḡ contra luxuriā casti-
tatem opponendo et dicat. **Q**uomodo fiet istud qđ virū non
cognosco. tonet etiā contra superbiā. hūilia sentiendo et dicat.
Ecce ancilla dñi. et c. tonet quoq; p̄tra ingratitudinē grās agē-
do et dicat. **M**agnificat aiā meā dñm. **D**e plenitudine hñ⁹ ma-
ris similiter in psalmo dicitur. **M**oueat mare et plenitudo eius
Moueat maria certe spiritus et castigatiōib⁹ moueat lacri

mis & orōnibus. **P**oneat elemosinis & alijs veneratōib⁹. **N**o
 ueatur in q̄ plene vr aliquid de sua plenitudine nobis effūdat
Attēdam⁹ quid de hac b. bern. loquit⁹. **A**it nāq; **S**icut vas li
 quore plenū si quō moueatur ō facili submergit⁹ & effūdīt liquo
 rem. sic brā v̄go si moueatur p̄cib⁹ effūdīt grām in nobis. **O**
Tercio p̄siderem⁹ q̄ plena est maria possessionib⁹ bone vite in
 effū. **D**e hac plenitudine vere possumus dicere **D**ñ est ter. &
 ple. eius. **P**er terrā bñ beatur maria de q̄ sic legitur in ysaiā **A**
 periat⁹ terra & germinet saluatorem. **Q**uid terra hūil⁹? quid
 terra vtilius? **T**errā omēs sub pedibus habem⁹. & de terra ōs
 vitā fouemus. **U**n̄ ei victuz & vest itū panē & vinū lanā & linū et
 bu? vite neccaria nisi de terra habem⁹? **Q**uid ergo vtili⁹ qd̄ hu
 milius terra? **S**ilr quid hūilius quid vtilius maria? ipā dñiq; **A**
 hūilitate sua omnū est infima. ipā plenitudine sua oib⁹ est vtili
 siā. **H**ic nāq; spūalis neccaria habet⁹ de plenissā terra ma
 ria. & idco bñ b. bern. ait **A**ltius intuemī quāto deuotionis af
 fectu a nobis voluit honorari mariā. qui toti⁹ boni plenitudinē
 posuit in mariā vr pinde si quid fidei si quid spei in nobis est. si
 quid grē. si quid salutis ab ea nouerim⁹ redūdare. **S**z a quo et
 cuius est tanta terr e plenitudo audi. **D**ñ est ter. & ple. ei⁹. **E**t
 iterū in psalmo. **D**eus est orbis terre & plenitudo eius. plenu
 do terre consistit in fructib⁹ & in diuersis possessiōibz terr e. iux
 ta illud psalmiste **I**mpleta est terra possessione tua. **F**ruct⁹ autē
 & possessiones plenissime terre marie plenissime sūt opera mo
 res exempla & merita diuersa scissime vite marie. **I** Talibz
 eniz possessionibus eam deus respexit talibus eam bonis imple
 uit. **U**n̄ ecclāf. iiii. **D**eus in terrā respexit & impleuit eā bonis su
 is. **D**e hac vite eius plenitudine hieronim⁹ faciens mētionē in
 quit **T**alibus decebat v̄ginem oppignerari muneribus. vr essz
 gratia plena. que dedit celis glām. terris deum. pacēq; refudit
 fidem gentibus. sinem vicijs. vite ordinem more disciplinam.
Quarto p̄siderem⁹ charissimi q̄ maria plena est vinctiōmī
 sercordie. plena oleo pietatis. **U**n̄ ipsa signata est quarto regl.
 quarto. p̄ illam mulierē cui clauso ostio domus sue omnia vasa

Sermo

intus congregata facta sunt miraculose oleo plena. scdm qd belli
zeus ei predixerat .iiij. regum .iiij. dicens. **C**um plena fuerint
tolles tce. **M**ulier ista est maria que etiā a filio suo mulier ap-
pellata est. iohannis xix. **M**ulier ecce filius tuus **Q**uius mu-
lieris vasa sunt affectus et effectus. desideria et bñticia que oia
oleo misericordie plena sunt in maria. **U**nde de hoc oleo bene
beatus bernardus ait **N**ec miruz o domina si tam copiose mi-
sericordie oleo cordis tui pfusum est sanctuarium. cū illd inesti-
mabile op^omie quod predestinavit deus añ secula in redempti-
onem nrām primū sit in te a mūdi artifice fabricatū. **D**icamus
ergo charissimi dicamus marie **D**ate nobis de oleo vestro. pe-
tamus oleum miscdie eius in mūdo ne frustra petamus in iudi-
cio. **Q**uod autem domus in qua vasa replebantur clausa fuit
hoc optime marie conuenit de cuius clausura ezechiel ait **P**o-
ta hec clausa erit et non aperietur. et vir non transiet p eam. po-
ta marie clausa fuit sera v̄ginali. et non est apta more naturali.
Nir non transibit per eam coitu carnali. quia domin^o deus isa-
rahel ingressus et egressus est per eam conceptione et natiuitate
te singulari **S**z certe qz ad multiplicationem olei vasa etiā vici-
nozū non pauca collecta fuerint. id quoqz per vasa illa oēs fecer-
ri possunt qui plenitudinis marie miscdie picipes sunt. **Q**ui
āt sunt illi beatus bernardus declarauit dicens **M**aria omni-
bus sumz misericordie sue aperuit. vt de plenitudine eius acci-
pian vniversi. captiuus redemptionem. eger curatione m. tris-
tis consolationem. pccōz veniā. iust^o grām. āgeli leticiā. deniqz
tota trinitas gloriā. filii persona carnis buānes bām **I**
Quinto km̄i consideremus qd plena ē maria fecūdatioē prolis
diuine. de plenitudine ista intelligere possum^o illud ysa. vi. **L**i-
di dñm sedētem sup solium excelsum et elenatū et plena erat do-
mus a maiestate eius **D**omus ista in cuius solio dñs sedet bea-
ta est v̄go in cuius mentis solio dñs requieuit. **O** vere beatissi-
muz. o vere stabilissimū solium. sicut dicitur tercio regū viii. fir-
missimum solium tuum in eternuz **H**oc solium excelsum ē intel-
lectu. elenatum in affectu **E**xcelsum quoqz est super hominea

eleuatum super omnes angelos. **Ex** oelsum in super est in grā.
 eleuatū in glā. **I**n solio ergo marie. in solio in quā mentis eius
 dominus sedebat. z domus corporis eius maiestate uerbi icar
 nati plena erat. **D**e hac ineffabili plenitudine beatus ambrosi
 us ait. **B**ene sola gratia plena dicitur. que sola gratiā quā nul
 la altera meruerat consecuta est. ut gratie repletur auctore.
O uere felix. domus tam felici fecunditate plena **A**it nāq' be
 atus bernardus **B**ene gratia plena que z uirginitatis gratiaz
 tenuit z in super fecunditatis gloriā acquisiuit. **D**ominus er
 go in solio mentis marie sedit per gratiam. z domum cor poris
 eius impleuit maiestate sua per assumptam naturam. **U**n ter/
 cio regum octauo dicitur. **I**mpleuerat gloria domini domum
 dñi. tūc ait salomon. dixit dñs ut habitaret in nebula. **D**om' er
 go dñi maria impleta est gloria diuine maiestatis p nebulam as
 sumpte a deo humanitatis **I**llam dico nebulam de qua dicit
 ecclās. xliij. **D**edicina omniū in festinatione nebule **E**t iterū
 ecclās. l. **Q**uasi stella matutina in medio nebule zce. **N**ā quasi
 stella matutina in nebula est uerbum in carne assumpta **S**
Sexto consideremus charissimi quomō maria fuit plena p'fec
 tione yniuersalis ecclesie. **D**iuersas enim z mirificas p'fcoēs z
 grarias in diuersis sanctis suis habuit z habet ecclā. in quarum
 plenitudine uidetur detenta fuisse maria. ut uere dicere possit
 illud ecclās. xxiiij. **I**n plenitudine scōrum detentio mea **Q**ua
 si dicat **E**go per totam uitam meam detenta fui z occupata in
 plenitudine scōrum acquirenda z conseruanda z opere manci
 panda **R**euera enim in plenitudine scōrum marie detentio fu
 it. dum in mirifica perfectione sua plenitudo perfectionis scōz
 sibi non defuit sicut beatus bernardus declarat cum ait **D**e
 rito in plenitudine scōrum detentio eius. **C**ui non defuit fides
 patriarcharū. spūs prophetarum. zelus apostolorū. constantia
 martirum. sobrietas confessorum. castitas vginū. fecunditas cō
 iugatarum. ymmo nec puritas angelorū **Q**uis enim nō miret
 scōz tantā bonoz plenitudinem uidens in maria. **S**criptū est
 ecclās. xxiiii. **I**n plenitudine scā ammirabitur **A**d huc certe in
 plenitudine scōz. nō in plenitudine ipioz detentio marie est. qā

Sermo

apud eos qui pleni sunt scitate non apud eos qui pleni sunt in-
quitate maria libenter est. **N** Ipsa quoq3 non solus
in plenitudine scōrum detinetur. sed etiam in plenitudine scōs
detinet. ne eorum plenitudo minuatur. detinet nimirus vtutes
ne fugiant. detinet merita ne pereāt. detinet deōnes ne noceāt
detinet filium ne peccōres percutiat. **A**n mariā nō erat. qui sic
dominū detinere aueret. testāte ysa. qui dicit lxiiij. **N**ō ē qui
inuoceat nomen tuū qui p̄surgat ⁊ teneat te **O** **S**eptimo
p̄siderem⁹ kmī quō plena sit maria resperſione odorifere fame.
Sicut enim ager plenus odoriferarum sp̄erū odoribus. sic ma-
ria plena est odorifere fame sue inspirationibus **D**e hac pleni-
tudine accipiamus qđ legitur gen. xxviiij. **E**cce odor filii mei si-
cut odor aḡ pleni cui b̄ndixit dñs. **A**ger iste est maria in qua ā-
gelozum est thesaurus. ymmo rotus dei patris thesaur⁹ abscon-
ditus est **F**elix qui vendit omnia que habz ⁊ emit agrum illum
Huius agri pleni plenus odor est plena marie fama plenus ho-
noz. de hoc beat⁹ ihero⁹ ait. qz multis erat repleta virtutū o-
ribus manens ex ea fragrabat suauissimus odor etiā spiritibus
angelicis **P** **D**e isto odore ipsa scē gloriādo dicere p̄-
Sicut cynamomū ⁊ balsamū aromatizans odorem dedi
mirra electa dedi suauitatem odoris **O** odor marie fuit sicut cy-
namomū exterius in cortice conuersationis. sicut balsamū inte-
rius in vncione deuotionis. sicut mirra inferius in amaritudo-
ne castigationis **F**uit quoq3 odor marie sicut cynamomū in ac-
tione. sicut balsamū in p̄templatione sicut mirra in passione. **O**
vere diues ⁊ nimis diues ager. qui p̄ter alia aromata tā ple-
nus fuit odorifero spiritus sancti balsamo. vt bene d̄ illo verbo
sp̄s sanctus superueniet in te bernardus loquēs dicat. **P**re-
ciosum illud balsamū ⁊ tanta tibi copia tantaq3 plenitudine in-
fluxit. vt copiosissime effluat vbicunq3 **B**ene ergo di-
cere potuit. **D**eus pater. **E**cce odor filii mei sicut odor agri
pleni. cui benedixit domin⁹ **E**cce odor et fama filii mei ex ho-
nore et fama plene matris sue est **U**nde beatus hieronimus
ait. **H**onor maternus eius est. qui ex ea natus est. **O**

Octano consideremus charissimi quò plena est maria resulta-
 tione siue repñtatione siue expressione diuine gl̄e. iuxta illò eccl̄.
 lxii. Gl̄a dñi plenū est opus ei⁹. Opus dñi antonomatice op⁹
 dñi mirabile est maria de qua dicit eccl̄as. xliii. **N**as admirabile.
 opus excelsi. Vere opus est mirabile qz usq; inuenitur simile.
Unde iij. reg. x. dicitur Non est factum opustale in vniuersis
 regnis. non utiq; in regno celestium. non in regno terrestriū. n̄
 in regno infernoꝝ. quia nullū tale opus in celo. nullum tale op⁹
 in mundo. nullū tale opus in limbo fuit. **N**oc opus plenū est do-
 minica gloria. que super omnem puram creaturā resultat. relu-
 cet plenissime in maria. **N**am preter assumptā a v̄bo naturam
 nullam est opus nulla est creatura in qua tanta diuine glorie ma-
 teria reluceat sicut in maria. **G**l̄am enim de restauratione sc̄az
 in celo. gloriā de redemptione factā in mundo. gloriā de libe-
 ratione factam in inferno. habet dominus per mariam habet p
 plenitudinem marie. **E**t ideo bene ait anselmus sic. **C**ur soluz
 loquar dñā bñficiis tuis plenū esse mūdum. inferna penetrant.
 celos supant. p plenitudinē enim gl̄e tue. ⁊ que in inferno erant
 seletantur liberata. ⁊ que supra mundum sunt se gaudēt restau-
 rata. **P**lenū est ergo gloria dñi opus eius maria. quia sicut dicit
 ysaiē sexto. **P**lena est ergo omnis terra gloria eius. plena uti-
 qz est omnis terra. plena est tota maria relucente in se plenissime
 diuina gloria. **M**erito autem omnib⁹ predictis gratias plenissi-
 ma dicit que omnibus non ingratias gratissimā creditur. sicut bñs
 bernardus oñdit qui de hoc verbo. **H**ue grā plena loquens sic
 ait. **B**ene gratia plena quia deo et angelis ⁊ hominibus grata
 hominibus per secūditatem. angelis p uirginitatem. deo p hūili-
 tatem. **S**ed nono consideremus km̄i quomō plena
 sit maria fruitione leticie eterne. **Q**uis enim nesciat eam ab illis
 n̄ exclusam quibus filius e⁹ dixit. iohannis decimosexto. **P**e-
 rite et accipietis ut gaudium vestrum sit plenum. **S**i ergo om-
 nium apostolorum ymmo omnium cū dño regnantium gaudiū
 est plenus quantomagis gaudiū matris dei est plenissime ple-
 num. **D**e hac plenitudine iheronimus inquit. **P**lena siquidez
 gratia. plena deo. plena virtutibus. **N**on potest non possi-

Sermo

dere pleniter gloriam claritatis eterne: **Q**uid mirum si leticia
z gloriam plenam. z superplena habet in celo que gratiam ple-
nam et superplenam habuit in exilio. **Q**uid certe mirum si ta-
in celo q̄ in mundo eius plenitudo supra omnem creaturā sit:
de cuius plenitudine omnis creatura virescit. **U**nde z ancel^{us}
ait. o femina plena z superplena gratia. de cuius plenitudine
exundat a respersa sic virescit omnis creatura. **C** Sic ergo
charissimi videris in maria plenitudinem sapientie illuminati-
uam. plenitudinem gratie inundatiuam. plenitudinem vite fruc-
tificatiuam. plenitudinem mie subuentiuam. plenitudinem pro-
pie fecundatiuam. plenitudinem ecclesie pfectiuam. plenitudi-
nem fame bone respersiuam. plenitudinem z glorie diuine expres-
suam. plenitudinem eterne leticie supergressiuam. **E**rgo
plenissima vgo maria nos tā inanes. iam vacuos sic participes
plenitudinis tue facias. vt tandem ad eternam plenitudinem p-
tingere valeamus. **P**er do. nos. ihesum' chzm filium tuum. qui
cū patre z spū scō viuūt z regnat deus per omnia secula seculoz
A M E N

Sermo octauus.



De maria grā plena dñs tecum
Ostensum est supra quomodo maria ppi
purissimam vite innocentiam merito p ane
salutatur. **I**tem ostensum est quō
ppter pietatem suam viscerocissimam meri-
to maria vocatur. **O**stensum quoqz est quō
propter copiosissimam grē affluentiam merito gratia plena cō-
memoratur. **O**stendendum nūc est quomodo ppter speciosissi-
mam dei pñtiam merito domin^{us} fore secū insinuat. **D**o-
minus tecum. o magne gabriel magnuz est quod de magno do-
mino magne marie annūcias. **M**agnuz ē quod ei dicis. domin^{us}

tecum **S**ed dic nobis quantum vel quō secuz **E**t ecce bñs au-
 gustinus in persona gabrielis ad hoc rñdens ait. Dominus te-
 cum. sed plusq̄ mecum. domiuus tecū. sed non sicut mecum. in
 me enim licet sit dñs. memetipsum creauit dñs. per te autē na-
 citurus est dominus Dominus ergo tecū o maria sed quis vel
 quantus dñs Dominus certe oīm generaliter. dominus hoīz
 speāliter. dominus tuus singulariter o maria Dominus inquā
 generaliter creature vniuersalis. domin⁹ spāliter nature rōnal
 dñs singulariter aule tue viginalis o maria. **B**

Considerandū est ergo kīm qđ dominus iste de quo dicitur do-
 minus tecū. ipse est dñs generaliter creature vniuersalis. **U**n-
 iudith nono **D**eus celozum creator aquarum ⁊ dominus toti⁹
 creature **E**t sapiē viii. dicitur Dominus omniū dilexit eā. oīm
 creature **E**t sapiē viii. dicitur Dominus omniū dilexit eā. oīm
 certe vniuersaliter. omniū inquā visibilium ⁊ inuisibilū. iste v-
 niuersalis oīm dominus sic cum maria fuit qđ etiā ipsam vniuer-
 salem oīm dominam fecit. dñam inquā celi ⁊ dñam mundi. pp-
 ter quod bñ auclimus ait. regina celi: dñā mundi mater ei⁹ qui
 mundat mūdum. confiteor qđ cor meum nimis est immūdū **S**z
 certe iste vniuersaliū dñs omniū. ipse est dñs potentissimus. do-
 minus opulentissimus dominus indeficientissimus. **D**omin⁹
 enim sine potentia. dominus sine sapiā. dñs sine opulencia. do-
 minus sine pmanencia minus perfectus dominus esset **U**n-
 minus impotens dominus insipies. dominus indigens. domi-
 nus deficiens siue non permanēs minus reputatur. domin⁹ er-
 go vniuersalis ipse est domin⁹ potentissimus voluntate. domi-
 nus sapientissimus veritate. dominus opulētissimus pprieta-
 te. dominus indeficientissimus eternitate. **A**

Primo attendite charissimi qđ dominus vniuersalis qui cū ma-
 ria est. ipse est dominus potentissimus voluntate. sicut bene de
 domino isto propheta ait **O**mnia quecūqz voluit domin⁹ fecit
 in celo ⁊ in terra in mari. ⁊ in omnibus abissis **V**oluntati tā po-
 tentissime nec in celis nec in terris nec in omnibus inferni abis-
 sis resistere quisq̄ potest. teste mardocheo qui de isto domino
 ait. **H**ester xiii. Domine rex omnipotens in ditione tua cunc-
 ta sunt posita ⁊ non est qui tue possit resistere voluntati. **E**cce

maria quantus dominus est quod potentissimus dominus est. qui tecum est. **E**t quia dominus potentissimus potentissime est tecum. ideo et tu es potentissime secum. potentissima per ipsum. potentissima apud ipsum. ita ut vere dicere possis illud ecclesiastici. xxiii. in iherusalem potestas mea Iherusalem significat ecclesiam triumphantem in celis. significat etiam ecclesiam militatam in terra. **N**am vere tam in celis quam in terris potestatem habet mater potentissima creatoris. **Q**uam potentissimam recognoscit ancelmus cum orans ait **E**xaudi pia. adesto propicia adiuna potentissima ut mundentur sordes mentis mee et illuminentur tenebre mee **D**ominus ergo tecum o maria potentissima.

Secundo attendite charissimi quod dominus vniuersalis qui cum maria est ipse est dominus sapientissimus veritate **I**pse enim est dominus de quo in psalmo dicitur **M**agnus dominus et magna virtus eius. et sapientie eius non est numerus **Q**uod sapientissimus est dominus cuius sapientiam nihil fallere nihil latere potest. qui omnia manifesta nostra et occulta nouit. oia utique uerba et opera nostra bona et mala omnes cogitationes et omnia desideria nostra bona et mala omnia scit dominus **U**nde petrus ait iohannis xxi. **D**omine tu omnia scis **E**cce maria qualis dominus est. quod sapientissimus dominus est qui tecum est. **E**t quia dominus sapientissimus sapientissime est tecum. ideo et tu es sapientissime secum. sapientissima es per ipsum **T**u enim significata es per illam abigail qua dicitur primo regum xxv. **E**ratque mulier illa prudentissima et speciosa **M**aria tam prudentissima tam sapientissima fuit quod ancelmus de ipsa audacter ait. omnes thesauri sapientie et scientie in maria **D**ominus ergo tecum sapientissimus o maria sapientissima

Tercio attendite charissimi quod dominus vniuersalis: qui cum maria est dominus est opulentissimus proprietate sicut bene de isto domino propheta testatur in psalmo **D**ominus inquit est terra et plenitudo eius. tui enim domine sunt celi et terra tua est quod celum celi domino et cetera. **D**ominus ergo huius omnia sunt propria celum et terra corporalia et spiritualia omnis natura. omnis gratia omnis celestis gloria omnia sunt domini propria **D**ominus ergo ditissimus est. sicut etiam apostolus ait ad romanos decio

Idem dominus om̄i diues in omnes. qui intocant illum. **E**cce maria quantus dominus est. q̄ opulentissimus est. dñs. qui tecum est. **E**t quia dominus opulentissimus. opulentissime est tecum. ideo z tu es opulentissima z ditissima secū. ita vt vere dici possit tibi illud. puerbi. xxxi. **M**ulte filie congregauerūt diuicias. tu supergressa es vniuersas. **F**ilia agnes. filia lucia. filia cecilia filia agatha. filia katherina z multe alie filie. multe alie v̄gines sancte. multe anime iuste congregauerūt diuicias gr̄arū z virtutum diuicias meritozū z premiozum. sed tu maria in v̄niuersis diuiciis supergressa es excellentissime vniuersas. **Q**uod diues est maria in gloria que tam diues fuit in miseria. **Q**uod diues est maria in celo que tam diues fuit in mundo. **Q**uod diues fuit in anima sua. que tam diues fuit in carne sua. vt etiam beatus bernardus exclamans dicat. **O** diues z super omnes diues maria de cuius subst̄tia modica pars assumpta totius mundi sufficit soluere delicta. **D**ominus ergo tecum o maria opulentissima. **H**

Quarto attendite charissimi q̄ dñs vniuersalis qui est cū maria ipse est dominus indeficientissimus eternitate. **V**n̄ habetur exobi. xv. **D**ominus regnauit in eternū z vltra. **E**t in psalmo d̄ isto dicitur. **T**u autem domine in eternū pmanes. **E**cce quāt⁹ dominus est q̄ indeficientissimus domin⁹ est qui tecum est. **E**t quia dominus indeficientissimus indeficientissime tecū est. iō z tu indeficientissima in eternū es secum. **T**u enim es thron⁹ indeficientissimus thronus eternus. thronus filii dei. de quo de⁹ pater ait in psalmo. **T**hronus eius sicut sol in conspectu meo. z sicut luna perfecta in eternuz. **V**ere in eternuz. vnde non solum vere dicimus. **T**u autez domine in eternuz pmanes sed etiā vere dicere possumus. **T**u autez domina in eternū permanes. qd̄ mirum si maria in filio suo pmaneat in eternū. cum etiam bñsicia marie in seruis suis permaneant in eternum. **A**it enim beatus bernardus. **I**n te o maria angeli leticiam. z iusti gratiam peccōres veniam inueniunt in eternuz. **D**ominus ergo tecum o maria indeficientissima. **G**aude mater maria gaude. **E**cce domi /

Sermo

minus potentissimus sic est tecū q̄ tu es potentissima secū. dñs
sapiētissim⁹ sic est tecū q̄ tu es sapiētissima secū. dñs opulētissi
m⁹ sic est tecū q̄ tu es opulētissima secū. dñs indeficientissim⁹ sic ē
tecū q̄ tu indeficientissima es secū. **E**ya ḡ potentissima dñā esto no
bis ipotentib⁹ auxiliatrix. eya dñā sapiētissima esto nobis inspi
pientibus ꝑsiliatrix. eya opulētissima dñā esto nobis indigentibus
locupletatrix. eya indeficientissima dñā esto nobis deficientib⁹
ꝑpetuatrix in oī bono. **O** Cōsequēter ꝑsiderādū est kñi
q̄ dñs iste de quo dicit dñs tecū. ipse est dñs speāliter creature rō
nal. sicut ipā rōnal creatura in ꝑs⁹ ꝑfitetur dicēs **E**ne dñs nos
ter q̄ admirabile est no. tuū. in vni. terra. **D**ñs oīū vniuersaliter
noster dñs noster speāliter. **S**ic vtiq̄ dñs noster sicut dicit ysaiē
xxviii **D**ñs iudex noster dñs legifer noster dñs rex noster. dñs
legifer noster in mūdo. dñs iudex noster in iudicio. dñs rex nos
ter nos coronās in celo. **I**ꝑe spālir nō dñs sic cū maria fuit q̄ etiā
ipām spālē dñam nrāz fecit. qd̄ bñ recognescēs b. bern. ait. dñā
nrā mediatrix nrā. aduocata nrā tuo filio nos repñta. tuo filio
nos reconcilia. tuo filio nos recōmenda. **S**ed ecce iste spāl dñs
noster. ipse dñs piissim⁹. dñs iustissim⁹. dñs certissim⁹. dñs nōia
tissim⁹. **D**ñs ei qui nō est ꝑi⁹ in bñficijs. dñs qui nō est iust⁹ in
iudicijs. dñs qui non est cert⁹ in promissis. dñs qui nō est nōi
natus in populis minus reputaretur. **D**ñs ergo noster est dñs
piissimus liberalitate. dñs iustissim⁹ equitate. dñs certissim⁹ fi
delitate dñs nōiatissim⁹ famositate. **R** **P**rimo ḡ attē
dite kñi q̄ dñs noster spālīs qui cū maria est ipse est dñs piissi
mus liberalitate sue infinite mie. **I**ꝑse est dñs de quo ꝑpheta
ait. **T**u dñe suavis et mitis et multe mie omnibus inuocātibus te.
Multe mie est dñs in multis bñficijs tꝑalib⁹ spālīb⁹ etñalib⁹
q̄ ex multa miā sua ꝑtulit nobis et ꝑferre non cessat. **V**tinā tātis
dñi miscōiis nō sim⁹ ingrati. vtinā dño tā misericordissim⁹
valde grati cū ysai. qui de isto dño ait lxiii. **M**iseratōnū dñi re
cordabor. laudē dñi nūciabo super omnibus bonis que reddidit
nobis dñs. **E**cce maria qualis dñs. q̄ misericordissim⁹ et piissim⁹
dominus est qui tecum est. **E**t qz dominus misericordissimus
misericordissime est tecum. iō et tu miōrdissima es secum. vt ve

re de te dici possit illud ysaie. xvi. **P**reparabitur in miâ solius eius. & sedebit super illud iudicâs in veritate. **S**olius diuine misericordie est maria mater mie. in qua omnes inueniunt solacia mie. **N**am sicut misericordissimû dñm ita & misericordissimaz dominaz habem⁹ **D**ominus noster multe mie est omnib⁹ inuocantibus se **E**t domina nostra multe mie est omnibus inuocantibus se. propter hoc optime beatus bernardus dicit. **S**ileat miâ tuam btâ vgo qui te inuocant in necitatibus suis sibi meminert defuisse **D**ominus ergo tecû o maria misericordissia

I **S**ecundo attendite kmî q dñs noster spâlis qui cû maria est. ipse est dominus iustissimus equitate. sicut bñ de isto dño in psalmo dicitur **I**ustus dominus & iusticias dilexit **E**t iterum. iustus es domine & rectû iudicium tuû **I**ust⁹ certe est domin⁹ in omnib⁹ iudiciis. in omibz causis. in omnib⁹ factis suis. sicut iterum in psalmo dicitur **I**ust⁹ dñs in omnibz viis suis **D**ominus ita iustus est in omni via iusticie. q ppter nullam psonam declinata a via iusticie **E**t ideo bñ dicitur de isto dño sapientie vi. **N**on subtrahit psonam cuiusq̃ domin⁹ qui e omnium donator. nec verebitur magnitudinem cuiusq̃ qm pusillû & magnum ipse fecit. & equaliter est ei cura de omnibus **E**cce maria qñ dominus est. q̃ iustissimus dñs est qui tecû est **E**t qz dñs iustissimus iustissime est tecû. ideo tu es iustissia iustissime secum.

Tu enim es vga aaron rcâ florida fructifera. rcâ ymo rectissima p iusticiam & equitatē. florida p vginatē. fructifera per fecunditatē **Q**ue enim virga esset recta. si nō maria vga aaron esset recta. **Q**ue anima esset iusta. si non maria esset iusta **N**ec est enim de qua beatus bernardus dicit **Q**uis inqt iustus si non maria iusta. de qua ortus est sol iusticie. domin⁹ ergo cum maria iustissima **U** **T**ercio attendite charissimi q dominus noster spâlis qui cû maria est ipse est dñs certissimus q̃ fidelitate & fidelissimus certitudine. sicut ppheta testatur qui ait **F**idelis dñs in omnibus vbis suis **R**ecogitate g vba sua quibus promisit coronam iusticie iustis **E**t gebennam iniustis **E**t scitote q dominus fidelis fideliter vba sua tenebit **F**ideliter quod locutus est implebit. **S**icut de isto domino

Sermo

dicitur ezechielis xxi. **E**go dominus locutus sum et faciam. v
ba vtiq; sua dominus fidelissimus tam fidelissime tenebit. sicut
ipse in euangelio suo dicit. **C**elum et terra transibunt. verba at
mea non transibunt. **E**cce maria qualis dominus est q̄ fidelis
simus dominus est qui tecum est. **E**t qz dñs fidelissimus fidelis
sime est tecum. ideo z tu fidelissime secum. **T**u enim es illa fide
lissima columba noe que sicut inter suum dñm z mūdum dilu
uio submersum mediatrix fidelissima extitit. sic et tu inter ianu
m dñm z humanū genus diluio spūali perditum mediatrix
fidelissima extitisti. **C**orvus infidelis. columba vero fidelis tu
it. sic z eua infidelis maria vero fidelis inuenta est. **E**ua infide
lissima mediatrix perditionis. maria vero fidelissima mediatrix
salutis fuit. **E**t ideo beatus bern̄ ait. **F**idelis mediatrix maria
que salutis antidotum v̄ris z mulieribus pp̄nauit. **D**ominus
ergo tecum o fidelissima maria.

M Quarto attendite charissimi q̄ dominus noster
specialis qui cum maria est ipse est dominus nominatissim⁹ fa
mositate. **M**agni enim nominis est dñs teste iheremia qui de
isto domino ait iheremie decimo. **N**on est similis tui domine.
Magnus tu z magnuz nomen tuum. **M**agnum vtiq; fama et
laude est nomen dñi in omni poplo sicut p̄pheta testatur dicens
Reges terre z omnes populi principes z omnes iudices terre
Iuvenes z v̄gines senes cum iunioribus laudent nomen dñi.
quia exaltatum est nomē eius solius. **N**ominis autēz dñi laus
z fama non solum ad oēm populum. sed etiam ad omne temp⁹
se extendit sicut per eūdem prophetam patet qui ait. **S**it nomē
dñi benedictū ex hoc nunc z vsq; in seculum. **I**tem nominis dñi
laus z fama non solum ad omnem ppliā non solum ad omne tē
pus sed etiam ad oēm locum se extendit. **S**icut iam dictus pro
pheta declarat dicens. **A** solis ortu vsq; ad occasum laudabile
nomen domini. **E**cce maria quantus dñs q̄ nōiatissimus z fa
mosissimus est qui tecum est. **E**t quia famosissimus famosissime
tecum est. ideo z tu famosissima famosissime es secum.

N Tu enim bñ significata es per illā ruth de qua le
gitur sic. **S**ir exemplū v̄tutis in effrata. z habeat celebre nomē

in bethleem id est in ecclā **O** celeberrimi nōis maria. quō possz
nomē tuū non esse celebre. q̄ etiā deuore nōiari non potes sine
nominantis vtilitate. **T**estatur hoc etiā b. bern̄ dicēs. o magna
o pia. o multū laudabilis maria tu nec nōiari potes quin accen
das. nec cogitari quidem quin recrees affectus diligētium te.

Tu nunq̄ sine dulcedine tibi diuinitus insita pie memorie por
tas ingrederis **M**aria ergo famosissima optime signata es etiā
pillā famosissimi nōis feiā in iudith de qua scriptū est **N**ec erat
in omni bus famosissima qm̄ timebat dñm valde. nec erat qui de
illa loqueretur v̄bū malū **F**amosa quidem est maria ppter vir
tutes z exempla sua tam laudabilia: famosior autem ppter mi
sericordias z beneficia sua tam ienarrabilia. famosissima vero
propter gratias z priuilegia sua tam mirabilia **Q**uid enim mi
rabilius: q̄ esse matrem z v̄ginem: z esse dei m̄rē **Q**uid autē
mirū si maria de tantis mirabilib⁹ m̄e sue bñficiis famosa ē in
mundo que tam famosa est de vnico bñficio suo circa theophilū
exhibito **H**ic enim beatus bernard⁹ **F**amosum tue benignita
tis testimoniū est per te restauratus theophilus o maria **D**ñs
ergo tecum o maria famosissima. **G**aude nūc maria gaude ec
ce dñs piissimus sic est tecum q̄ tu es piissima secum. dñs iustif
simus sic est tecū q̄ tu es iustissima secū. dñs fidelissim⁹ sic est te
cum. q̄ tu es fidelissima secum. dñs famosissim⁹ sic est tecū q̄ tu
es famosissima secum **E**ya ergo piissima maria nos impios sal
ua p tuam misericordissimam pietatē **E**ya iustissima maria nos
iniustos salua p tuam iustissimā equitatē **E**ya fidelissima ma
ria nos p̄fidos salua p tuam certissimam fidelitatē. **E**ya famo
sissima maria nos infames salua p tuā nōiatissimā famositatē

O Post predcā charissimi considerandū est q̄ dñs
iste de quo dicitur marie. dñs tecum. non solū est dñs generali
ter creature vniuersalis. non solū est dñs spāliter creature rōna
lis. ymmo etiā ipse est dñs singulariter aule v̄ginalis sue scissie
genitricis. **M**aria enim singulariter tā corpe q̄ anima est aula
dñi. **D**omus domini sanctissima de qua in psalmo b̄z **D**omus
tuā decet scitudo dñe in longitudine diez **O**ve singulariter be
atam domū q̄ sola tā singulariter talē meruit habere dñm **E**c

ce enim b. bern. ait **T**u sola digna inuēta es vt in tua v̄ginali au-
 la rex regū & dñs dn̄antium a regalibus sedibus venies. primā
 inter filios hoīm mansionem sibi eligeret. **I**ste singularis mar-
 rie dñs sic singulariter cum maria fuit q̄ etiam ipām tā singulari-
 ter dn̄am fecit. q̄ nec primā silēm v̄sa est nec h̄re sequentē. dum
 ipsa singulariter dñi filia dñi mater. dñi sponsa. dñi ancilla sc̄a est
Maria ei filia dñi singulariter generosa. mater dñi singulari-
 glōsa. sponsa dñi singulariter speciosa. ancilla dñi sp̄aliter officia
 osa fuit **S**i at̄ ista tribus personis diuinis volum⁹ appropriare
 possum⁹ dicere q̄ dñs iste qui tā singulariter cū maria est. ip̄e ē
 dñs pater dñs filius dñs sp̄s sanctus. deus trinus & vnus **I**p-
 se est dñs pater cui⁹ filia est maria nobilissima **I**p̄e est dñs filius
 cuius maria est mater dignissima **I**p̄e est dñs sp̄s sc̄us cuius
 maria est sponsa venustissima **I**p̄e est dñs trinus & vnus. cuius
 maria est ancilla subiectissima **M**aria certe est filia summe eter-
 nitatis. mater summe v̄tatis. sponsa summe bonitatis. ancilla su-
 me trinitatis **P** **P**rimo attendite km̄a q̄ dñs iste qui tā
 singulariter est cum maria ip̄e est dñs. cuius nobilissima filia est
 maria **D**e isto ei dño & de ista filia accipi p̄t q̄ boos dixit ruth
 ij: **B**ndcā es a dño filia q̄ priorē miām posteriorē supasti **D**e
 re bndcā a dño filia est maria. a summo inq̄ dño cui⁹ ip̄a ē filia.
O vere nobilissimi regis nobilissima filia que tam multiplici me-
 ritus ornata est gloria. vt vere de ea dici possit **O**is glā eius filie
 regis ab intus **E**t ideo t̄p̄ verissima regis filia a rege copiosissi-
 time est vncta teste beato bernardo qui ait. **T**u filia delicata et
 oī grā plena km̄a in tuis deliciis vncta es ad glām decoris tui.
 & in signū dilectionis ista bndcā filia priorē miām posteriorē
 supavit **M**agna erga miseros fuit miā marie adhuc exulantis
 in mūdo: sed multo maior erga miseros est miā eius iam regnā-
 tis in celo. **M**aiorem nāq; p̄ bñficia innumerabilia nūc ostendit
 hoīb; miām q̄ magis videt innumerabile hoīm miserā **I**n
 p̄ splendore prioris miē fuit maria pulchra vt luna. p̄ splendore
 vero posterioris miē nunc est electa vt sol **N**am quē ad modū
 sol lunā supat magnitudine splendoris. sic priorē marie miām
 superat magnitudo posterioris. **Q**uis est super quem sol non

lucet. quis est super quem marie mīa non splendeat. **A**udi igitur quid de hoc beatus bernardus sentiat. **A**it enim. **Q**uē admodum solozitur super bonos et malos indifferenter sic maria p̄terita n̄ dicitur merita. sed omnibus se exorabile. omnib⁹ se clementissimā prebet. oīm deniq; necessitates amplissio misereatur affectu. **D**ñs ergo tecum o maria. sicut pater nobilissim⁹ cum filia nobilissima. **Q** **S**cdo attendite km̄i q̄ dñs iste qui tā singulariter est cum maria. ipse vere dñs cui⁹ mater dignissimā ē maria. **D**e isto dño et de ista matre dicit ely zabeth luce ij. **U**n̄ mibi hoc veniat mater dñi mei ad me. **P**ater dñi. mater virgo mater est dignissima. **I**psa est mater cui talis fili⁹ decentissim⁹ fuit. **I**psa est mater qua deus maiorē facere non possz. **M**aiorē mūdum facere possz deus. maius celū possz facere deus. maiorē rem nr̄m dei q̄ mariā non possz facere deus. **U**n̄ bern̄ ait

R. **N**ec enī decebat deus alia mater q̄ virgo. nec v̄ gūem alius fili⁹ q̄ deus. qz nec maior inter nr̄s. nec maior int̄ filios nasci potuit. **N**ec itaq; est mater floris mie. mater solis iusticie. mater fontis sapientie mater regis glorie. **P**ater floris mie. mater in qua eius est cuius mīa ad dilectionem. cui⁹ iusticia ad timorem. cuius sapientia ad agnitionem. cuius glā ad spem nos adducit. **M**aria ergo est mater eius qui effectiue est nr̄a dilectio p̄ mīam. noster timor p̄ iusticiam. n̄ tā agnitio p̄ sapientiam. nr̄a spes per gloriam. vt vere ipsa dicere possit illud eccl̄as. xxiij. **E**go mater pulchre dilectionis et timoris et agnitiois et scē spei. **S**ed numquid soli⁹ mater ch̄i est maria. ymmo vere quod iocūdissimū est. ymmo maria nō solū est mat̄ ch̄i singularis. s; etiam oīm fidelīū vn̄uersalis. **U**n̄ bt̄us ambrosi⁹ ait. **S**i christus. credentium est frater. cur non ipsa que genuit ch̄i stum credentium sit mater. **E**ya charissimi oēs nūc gaudeam⁹ omēs nūc gaudento dicam⁹. **B**ñd̄cūs frater p̄ quem maria est nostra mater. et bñd̄cā mater per quam ch̄us est noster frater. **H**inc bene anselmus ait. **D**omina mater p̄ quā talem fr̄m habemus. quid gratiarum quid laudis tibi retribuem⁹. **D**ñs ergo tecū o maria sicut filius dignissim⁹ cū nr̄e dignissima. **T**ercio attendite charissim⁹ q̄ domin⁹ iste qui tam singulariter

est cum maria. ipse est dñs cuius sponsa venustissima est maria
Unde tam de isto dño q̄ de ista sponsa exponi potest quod dicit
 osee ii. **S**ponsabo te mihi in iusticia et iudicio et in miã et in mi
 serationibus. et sponsabo te mihi in fide et scies qz ego dominus.
Ecce pulchra sponsa pulchra in iusticia et iudicio respectu sui. pul
 chra in miã et miserationibus respectu pximi. pulchra in fide res
 pectu dei. pulchra utiqz in iusticia vite et in iudicio conscientie.
 pulchra in miã in affectu et in miserationibus in effectui. pulchra
 in fide qua credidit omnia credenda super se. et qua credidit p
 ficienda in se. iuxta illud luce primo **B**eata que credidisti quo
 niam pficientur in te ea que dcã sunt tibi a dño **S**ed ecce spõsa
 spūs sancti venustissima maria sicut formosissima est in pueris
 tione. ita etiam dulcissima in allocutione. sicut dicit cantu. iij. **S**a
 uis distillans labia tua spõsa mel et lac sub lingua tua. **Q**uod mel
 lificua vba sepius distillauerunt dulcissima marie labia. que etiaz
 bene et lac et mel sub lingua habuit in duobus verbis que ipã ga
 briel respondit **R**ome maria lac sub lingua habuit. quãdo lac
 reum illud p̄inentie vbum respondit **Q**uomõ fiet istud quoni
 am virũ non cognosco? **R**ome etiã mel sub lingua habuit quã
 do mellifluũ illud obedientie vbum rñdit **E**cce ancilla dñi fiat
 mihi scõm vbum tuũ **D**e mellifluentia nãqz huius melliflui v
 bi per totum mũdum melliflui facti sunt celi **M**aria in sup mel
 sub lingua habuit in mellifluis orõnibus ad deum. lac vero sub
 lingua habuit in lactatiuis collationibus ad proximũ. **E**ra g̃
 quanti decoris est ista sponsa summi consulatoris. **Q**ue est in
 quit aug. que est hec virgo tam scã vt ad eam venire dignaret
 spūs scūs tam speciosa vt eam sponsam eligeret deus **D**ñs g̃ te
 cum o maria sicut sponsus delicatissim⁹ cum spõsa delicatissima
Quarto attēdite km̄i q̄ dominus iste qui tã singulari
 ter est cū maria ipse dñs est cui acilla deuotissima est maria **S**i
 cut ipsamet testatur dicens **E**cce ancilla dñi. **M**aria est acilla
 dñi patris. dñi filij. dñi spūs sancti. **Q**uid miruz si maria sit bu
 ius dñi ancilla. cū et filius marie sit huius dñi seruus scõm assup
 tam a matre naturam **I**pse em̄ in psalmo confitetur dicens **D**ñe
 quia ego seruus tuus. ego seruus tuus et filius ancille tue.

O q̄ bona ancilla z q̄ bonus ancille filius **D**eu quot male an-
 cille z mali ancillarum filij. **S**ed quid dicit scriptura **E**ijce an-
 cillam z filium eius zc. **L**egitur genesis xvi. de agar ancilla sa-
 re q̄ concepisse se videns despexit dominam suam **M**ala ergo
 ancilla agar de secunditate inflatur. bona ancilla maria de secu-
 ditate humiliatur **A**ncilla illa superba dominam suam despex-
 it **A**ncillam istā humilē dñs respexit. sicut ipsa humiliter recog-
 noscens dicit **R**espexit humilitatem ancille sue. o anima chris-
 tiana domini ancilla sit cum maria amplectere secunditates. vt
 nequa q̄ deserat humilitatem vt ergo de boni operis secundita-
 te non inleris. sed magis de humilitate fecundaris. attende hu-
 milem ancillam. respice humilem mariam. **E**t ait. ecce ancilla
 domini **A**mbrosius. **V**ide inq̄ humilitatem. vi
 de deuotionem. ancillam se dicit que mater eligitur dñi. nec re-
 pentino exaltata pmissio est. o vere admirāda hūilitas. ecce n̄
 solū domini ancilla. sed etiam seruoꝝ domini ancilla quodā
 modo dignatur esse maria **I**psa namq̄ significata per illaz abī-
 gael pro qua adducenda. cum dauid nūcios misisset respondit.
 sicut legitur primo regum xxv. **E**cce famula tua sit in ancillam
 vt pedes seruoꝝ dñi mei lauet **P**er benedictam ancillā ma-
 riam quasi tot serui dom. ni loti sunt quot fideles eius suffragi-
 is a peccatis mundati sunt **I**psa enīz quasi tot seruoꝝ domi-
 nibus aquam obtulit. quod penitentibus lachrimas p̄punc-
